



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio LXXXIII. De causa peccati secundum quod vnum peccatum est
causa alterius.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

ut recinat, sed quandoque ut det, ut patet in male congregantibus, ut soluant militibus, vel mercetricibus &c. unde non est iudicanda cupiditas ex retentione, ut argumentum creditur, sed ex possessionis inordinatio, que licet in hoc, ut illo ordinatur ad uitandam multa mala, ut experientia docet in quibusdam, ut in illud Eccl. Homo, cuius Deus &c. quantum tamen est ex se, apta nata est nutrire omnia mala: & propterea dicta est radix omnium malorum secundum se. Quomodo autem cupiditas sit uitium capitale, alia questio est: & ex fine pensabitur.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod non ab eodem oritur uirtus & peccatum. Oritur enim peccatum ex appetitu commutabilis boni: & ideo appetitus illius boni, quod iuuat ad consequenda omnia temporalia bona, radix peccatorum dicitur. Virtus autem oritur ex appetitu incommutabilis boni: & ideo charitas, que est amor Dei, ponitur radix uirtutum, secundum illud Ephes. 3. In charitate radicati & fundati.

AD SECUNDUM dicendum, quod appetitus pecuniarum dicitur esse radix peccatorum, non quidem quia diuitiarum propter se querantur tanquam ultimus finis; sed quia multa queruntur, ut utiles ad omnem temporalem finem. Et quia uniuersale bonum est appetibilis, quam aliquod particulare bonum; ideo magis mouet appetitum, quam quedam bona singularia, que simul cum multis aliis per pecuniam haberi possunt.

AD TERTIUM dicendum, quod sicut in rebus naturalibus non dicitur quid semper fiat, sed quid in pluribus accidit, eo quod natura corruptibilium rerum inpediri potest, ut non semper eodem modo operetur; ita etiam in moralibus consideratur quod ut in pluribus est, non autem quod semper est, eo quod uoluntas non ex necessitate operatur. Non igitur dicitur auaritia radix omnium malorum, quin interdum aliquod aliud malum sit radix eius; sed quia ex ipsa frequentius alia mala oriuntur, ratione predicta.

Super Questione de uisum quatuor articulis secundum.

ARTICVLVS. II.

Utrum superbia sit initium omnis peccati.

AD SECUNDUM sic proceditur. Videtur, quod superbia non sit initium omnis peccati.

Radix enim est quoddam principium arboris, & ita uidetur idem esse radix & initium peccati: sed cupiditas est radix omnis peccati, ut dictum est. ergo ipsa etiam est initium omnis peccati, non autem superbia.

¶ 2. Præter Eccl. 10. dicitur, Initium superbiae hominis est apostatare a Deo; sed apostasia a Deo, est quoddam peccatum. ergo aliquod peccatum est initium superbiae. ergo & ipsa non est initium omnis peccati.

¶ 3. Præter illud uidetur esse initium omnis peccati, quod facit omnia peccata: sed hoc est inordinatus amor sui, qui facit ciuitatem Baby-

lonis, ut August. dicit in 14. de ciuit. Dei. * ergo amor sui est initium omnis peccati, non autem superbia.

SED CONTRA est, quod dicitur Eccl. 10. Initium omnis peccati superbia.

RESPON. Dicendum, quod quidam dicunt superbia dici tripliciter. Vno modo, secundum quod superbia significat inordinatum appetitum propriae excellentiae, & sic est speciale peccatum. Alio modo, secundum quod importat quandam actiualem contemptum Dei quantum ad hunc effectum, qui est non subditi eius præcepto, & sic dicitur quod est generale peccatum. Tertio modo, secundum quod importat quandam inclinationem ad huiusmodi contemptum ex corruptione naturæ, & sic dicitur quod est initium omnis peccati. Et differt a cupiditate, quia cupiditas respicit peccatum ex parte conuersionis ad bonum commutabile, ex quo peccatum quodammodo nutritur & fouetur, & propter hoc cupiditas dicitur radix: sed superbia respicit peccatum ex parte auersionis a Deo, cuius præcepto homo subditi recusat, & ideo uocatur initium, quia ex parte auersionis incipit ratio mali. Et hæc quidem quamuis uera sint, tamen non sunt secundum intentionem Sapientis, qui dicit. Initium omnis peccati est superbia. Manifeste enim loquitur de superbia, secundum quod est inordinatus appetitus propriae excellentiae, ut patet per hoc quod subdit. Sedes ducum superborum destruxit Deus: & de hac materia loquitur ibi fere in toto capitulo. Et ideo dicendum est, quod superbia etiam secundum quod est speciale peccatum, est initium omnis peccati. Considerandum est enim, quod in actibus uoluntariis, cuiusmodi sunt peccata, duplex ordo inuenitur, scilicet intentionis, & executionis. In primo quidem ordine habet rationem principii & finis, ut supra multoties dictum est. * Finis autem in omnibus bonis temporalibus acquirendis, est ut homo per illa quandam perfectionem singularem, & excellentiam habeat: & ideo ex hac parte superbia quæ est appetitus excellentiae, ponitur initium omnis peccati. Sed ex parte executionis est primum id, quod præbet opportunitatem adimplendi omnia desideria peccati, quod habet rationem radicis, scilicet diuitiarum; & ideo ex hac parte auaritia ponitur esse radix omnium malorum, ut dictum est. * Et per hoc patet responsio ad Primum.

dist. ro. contra que stionem arguit: q. nec appetitus carpium delectationu in rebus bellicis ex superbia oritur. Probat, quia ex superbia illa sola oriuntur uicia, que circa promouentia, uel impendientia propriam excellentiam sunt, neutrum horum est huiusmodi. ergo.

¶ Contra responsionem uero ad tertium arguit, quia inordinatus amor sui, & inordinatus amor propriae excellentiae, se habent ut magis commune, & minus commune, ut patet. & ille utpote communissimus, est initium omnis peccati, utpote particularis, non. unde sophisma consequentis est ad illo ad istum procedere, quod si ille est initium peccati omnis, quod iste etiam sit initium peccati omnis.

¶ Ad utranque objectionem ex eodem fundamento literæ, respondendum est, ex hoc. quod superbia initium omnis peccati dicitur secundum ordinem intentionis ex parte, scilicet finis, quia obiectum suum est finis omnium bonorum commutabilium, ad que alia uicia conuertuntur. Ex hoc namque dicitur primo, quod in temperantia, & timiditas oriuntur ex superbia, & quod bonum delectabile, ad quod conuertitur interperatus, quam bonum euasione ad quod conuertitur timidus, cum bonum quoddam sit, natum est apparere, ut conserens ad propriam excellentiam. Dicitur secundo, quod licet totum & pars non sint idem, & qui ualent tamen quod ad aliquid, totum, & prima pars uirtualiter extensa ad reliquas, ut patet de toto corpore, & corde respectu motus: ac per hoc amor sui, ut totum, & amor propriae excellentie, ut prima pars, quia est respectu finis ceterorum, recte ponitur initium omnis peccati ex eadem parte.

c. 28. & ult. tom. 5.

D. 533.

q. 1. ar. 1. ad 1. & 2. ad 2. & q. 20. ar. 1. ad 2. & q. 57. ar. 4. & q. 65. ar. 1.

ar. preced.

te, & unū inferre reliquum absque ullo solpismate. In littera tamen nec identitas nec conu eribilitas habetur, sed solum quod ad idem pertinet: quia secundū est pars primi, si tamen diceretur, recte diceretur, ut ostensum est. Et hinc habere potes, q̄ in prima parte dictum est, quod primum bonum concupitum, est propria excellentia, tanquam ceterorum finis; ac per hoc primum peccatum est superbia, unde Euz̄ propositum primo est, *Erūtis sicut Dū*. Et per hęc patet solutio obiectōrum omnium, quæ superius a me quam breuiffime potui tacta fuerunt. Quæ an sufficiēter a me soluta fuerint, lectoris iudicio relinquatur, qui si recte omnia pensauerit, profecto uidebit me nihil, quod ad materiam attinet, necessarium indidiscūsum reliquisse. ideo amplius circa illam materiam non insilliam.

Super Quæstionis octuagesimæ quartæ Articuli tertium, & quartum.

In articulis tertio, & quarto eiusdem octuagesimæ quartæ quæstionis nihil aliud occurrit scribendum, nisi reddere te attentum, quod aliud est loqui de sufficientia uiciorum absolute, & aliud de sufficientia uiciorum capitalium: hoc enim hic queritur, non illud. Et ut in responsione ad quintum in littera dicitur, non oportet hanc capitalium sufficientiam sic intelligere, quin aliquod peccatum possit a nullo horum oriri, sed quia frequentius ex aliquo horum oritur.

CAP. 31.

AD SECUNDUM ergo dicendum, quod apostatare a Deo dicitur esse initium superbię ex parte auersionis. Ex hoc enim, quod homo non uult subdi Deo, sequitur quod inordinate uelit propriam excellentiam in rebus temporalibus: & sic apostasia a Deo non sumitur ibi quasi speciale peccatum, sed magis ut quædam conditio generalis omnis peccati, quæ est auersio ab incommutabili bono. Vel potest dici, quod apostatare a Deo dicitur esse initium superbię, quia est prima superbię species. Ad superbiām enim pertinet cuique superiori nolle subdici, & præcipue nolle subdi Deo, ex quo contingit quod homo supra seipsum indebite extollatur quantum ad alias superbię species.

AD TERTIUM dicendum, quod in hoc homo se amat, quod sui excellentiam uult. Idem enim est se amare, quod sibi uelle bonum; unde ad idem pertinet, quod ponatur initium omnis peccati superbia, uel amor proprius.

ARTICVLVS III.

Utrum præter superbiām, & auaritiām, sint alia peccata specialia, quæ dici debeant capitalia.

AD TERTIUM sic proceditur. Vt, præter superbiām, & auaritiām, nō sint quædam alia peccata specialia, quæ dicantur capitalia. Ita enim se uidentur habere caput ad animalia, sicut radix ad plantas, ut dicitur in secundo de Anima. Nam radices sunt ori similes. si igitur cupiditas dicitur radi x omnium malorum, uidentur quod ipsa sola debeat dici uitium capitale, & nullum aliud peccatum.

¶ 2 Præter. Caput habet quendam ordinem ad alia membra, in quibus diffunditur quodammodo sensus, & motus; sed peccatum dicitur per priuationem ordinis. ergo peccatum non habet rationem capitis, & ita non debent poni aliqua capitalia peccata.

¶ 3 Præter. Capitalia crimina dicuntur, quæ capite plectuntur: sed tali pena puniuntur quædam peccata in singulis generibus. ergo uitia capitalia non sunt aliqua determinata secundum speciem.

SED CONTRA est, quod Gregorius trigésimo primo Moral. enumerat quædam specialia uitia, quæ dicit esse capitalia,

RESPON. Dicendum, quod capitale dicitur a

capite. Caput autem proprie quidem est quoddam membrum animalis, quod est principium & initium totius animalis. Vnde metaphorice omne principium directiū, caput uocatur: & etiam mines, qui alios dirigunt & gubernant, capitaliter esse dicuntur. Dicitur ergo uitium capitale modo a capite proprie dicto, & secundum hoc primum capitale dicitur peccatum, quod capitis peccatum dicitur: sed sic nunc nō intendimus de capitalibus peccatis, sed secundum quod alio modo dicitur peccatum capitale, prout metaphorice signat principium uel directiū aliorum. Et sic dicitur uitium capitale, ex quo alia uitia oriuntur, & præcipue secundum originem causæ finalis, quæ est formalis origo, ut præ dictum est: & ideo uitium capitale non est principium aliorum, sed etiam est directiū quodammodo ductiū aliorum. Semper enim uel habitus, ad quem pertinet finis, principatur, uel perat circa ea quæ sunt ad finem. Vnde Gregorius trigésimo primo Moralium huiusmodi uitia capitalia dicitur exercitium comparat.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod capitale dicitur denominatiue a capite, quod quidem est quandam deriuationem, uel participationem: sicut habens aliquam proprietatem capitis non sicut simpliciter caput. Et ideo capitalia uitia dicuntur non solum illa, quæ habent rationem principii, sicut auaritia, quæ dicitur radix, & superbię dicitur initium: sed etiam illa, quæ habent rationem originis propinquæ respectu plurimum partium.

AD SECUNDUM dicendum, quod peccatum ordine ex parte auersionis: ex hac enim parte deriuationem mali. Malum autem secundum Augustinum in libro de natura boni, est priuatio modi, speciei ordinis: sed ex parte conuersionis respicit quoddam bonum & ideo ex hac parte dicitur habere ordinem.

AD TERTIUM dicendum, quod illa ratio perdit de capitali peccato, secundum quod dicitur in pena: sic autem hic non loquimur.

ARTICVLVS IIII.

Utrum conuenienter dicantur septem uitia capitalia.

AD QUARTUM sic proceditur. Videtur quod sit dicendum, septem esse uitia capitalia, quæ inanis gloria, inuidia, ira, auaritia, tristitia, gula, luxuria. Peccata enim uirtutibus opponuntur: uirtutes autem principales sunt quatuor, ut supra dictum est. ergo & uitia principalia, siue capitalia non nisi quatuor.

¶ 2 Præter. Passiones animæ sunt quædam causæ partiales, ut supra dictum est: sed passiones animæ principales sunt quatuor: de quarum duabus nulla est ratio inter prædicta peccata, scilicet de spe, & timore, enumerantur autem aliqua uitia, ad quæ pertinet delectatio, & tristitia: nam delectatio pertinet ad gaudium & luxuriam: tristitia uero ad accidiam, & inuidiam. ergo inconuenienter enumerantur principalia peccata.

¶ 3 Præter. Ira non est principalis passio. non ergo debuit poni inter principalia uitia.

¶ 4 Præter. Sicut cupiditas, siue auaritia est radix peccati, ita superbia est peccati initium, ut supra dictum est: sed auaritia ponitur unum de septem uitiis capitalibus, ergo superbia inter uitia capitalia non enumeranda.

¶ 5 Præter. Quædam peccata committuntur, quæ nullo horum causari possunt, sicut cum aliquis

ex ignorantia, uel cum aliquis ex aliqua bona intentione committit aliquod peccatum, puta, cum aliquis furatur ut det elemosynam. ergo insufficienter capit uicia enumerantur.

SED IN CONTRARIUM est autoritas Greg. sic enumerantis. 31. Moralium.*

RESPON. Dicendum, quod sicut dictum est, uicia capitalia dicuntur, ex quibus alia oriuntur, precipue secundum rationem causae finalis. Huiusmodi autem origo potest attendi dupliciter. Vno quidem modo secundum conditionem peccantis, qui sic dispositus est, ut maxime afficiat ad unum finem, ex quo ut plurimum in alia peccata procedat: sed iste modus originis sub arte cadere non potest, eo quod infinita sunt particulares hominum dispositiones. Alio modo secundum naturalem habitudinem ipsorum finium ad inuicem, & secundum hoc in pluribus unum uicium ex alio oritur, unde iste modus originis sub arte cadere potest. Secundum hoc ergo illa uicia capitalia dicuntur, quorum fines habent quasdam primarias rationes mouendi appetitum, & secundum harum rationum distinctionem distinguuntur capitalia uicia. Mouet autem aliquid appetitum dupliciter. Vno modo directe, & per se, & hoc modo bonum mouet appetitum ad prosequendum, malum autem secundum eandem rationem ad fugiendum. Alio modo indirecte, & quasi per aliud, sicut aliquis aliquod malum prosequitur propter aliquod bonum adiunctum, uel aliquod bonum fugit propter aliquod malum adiunctum. Bonum autem hominis est triplex. Est enim primo quoddam bonum animae, quod scilicet ex sola apprehensione rationem appetibilitatis habet, sicut excellentia laudis uel honoris, & hoc bonum inordinate prosequitur inanis gloria. Aliud est bonum corporis, & hoc uel pertinet ad conseruationem in diuidui, sicut cibus & potus, & hoc bonum inordinate prosequitur gula, aut ad conseruationem speciei, sicut coitus, & ad hoc ordinatur luxuria. Tertium bonum est exterius, scilicet diuitiae, & ad hoc ordinatur auaritia. Et eadem quatuor uicia inordinata fugiunt quatuor mala contraria. Vel aliter, Bonum precipue mouet appetitum ex hoc, quod participat aliquid de proprietate felicitatis, quam naturaliter omnes appetunt, de cuius ratione est primo quaedam perfectio. Nam felicitas est perfectum bonum, ad quod pertinet excellentia, uel claritas, quam appetit superbia, uel inanis gloria. Secundum de ratione eius est sufficientia, quam appetit auaritia in diuitiis eam promittentibus. Tertio, est de conditione eius delectatio, sine qua felicitas esse non potest, ut dicitur in 1. & 10. Ethico. * & hanc appetunt gula & luxuria. Quod autem aliquis bonum fugiat propter aliquod malum coniunctum, hoc contingit dupliciter, quia aut hoc respectu boni proprii, & sic est accidia, quae tristatur de bono spirituali propter laborem corporalem adiunctum, aut est de bono alieno, & hoc si sit sine insurrectione, pertinet ad inuidiam, quae tristatur de bono alieno, in quantum est impeditiuum propriae excellentiae, aut est cum quadam insurrectione ad uindictam, & sic est ira, Et ad eadem uicia pertinet profectio mali oppositi.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod non est eadem ratio originis in uirtutibus & uitiis. Nam uirtutes causantur per ordinem appetitus ad rationem, uel est ad bonum incommutabile, quod est Deus; uicia autem oriuntur ex appetitu boni commutabilis. unde non oportet quod principalia uicia opponantur principalibus uirtutibus.

A AD SECUNDVM dicendum, quod timor & spes sunt passiones irascibiles: omnes autem passiones irascibiles oriuntur ex passionibus concupiscibilibus, quae et omnes ordinantur quodammodo ad delectationem, & tristitiam. & ideo delectatio, & tristitia principaliter connumerantur in peccatis capitalibus tanquam principalissimae passiones, ut supra habitum est. *

AD TERTIVM dicendum, quod ira licet non sit principalis passio, quia tamen habet specialem rationem appetitiui motus, prout aliquis impugnat bonum alterius sub ratione honesti. i. iusti uindicatiui, ideo distinguitur ab aliis capitalibus uitiis. *

B AD QVARTVM dicendum, quod superbia dicitur esse initium omnis peccati secundum rationem finis, ut dictum est: * & secundum eandem rationem accipitur principalitas uitiuorum capitalium. & ideo superbia non quasi uniuersale uicium connumeratur aliis, sed magis ponitur uelut regina quaedam omnium uitiuorum, sicut Greg. * dicit. auaritia autem dicitur radix secundum aliam rationem, sicut supra dictum est. *

C AD QVINTVM dicendum, quod ista uicia dicuntur capitalia, quia ex eis ut frequentius alia oriuntur: unde nihil prohibet aliqua peccata interdum ex aliis causis oriri. Potest tamen dici, quod omnia peccata quae ex ignorantia proueniunt, possunt reduci ad accidia, ad quam pertinet negligentia, qua aliquis recusat bona spiritualia acquirere propter laborem. Ignorantia. n. quod potest esse causa peccati, ex negligentia prouenit, ut supra dictum est. * Quod autem aliquis committat aliquod peccatum ex bona intentione, uidetur ad ignorantiam pertinere, in quantum scilicet ignorat, quod non sunt facienda mala, ut ueniant bona. *

QVAESTIO LXXXV.

De effectibus peccati, in sex articulis diuisa.

Super quest. octuagesima magna arsculo primum.

DEINDE considerandum est de effectibus peccati. Et primo quidem de corruptione boni naturae. Secundo de malitia animae. Tertio, de reatu poenae.

CIRCA primum, quaeruntur sex.

¶ Primo, Vtrum bonum naturae diminuatur per peccatum.

¶ Secundo, Vtrum totaliter tolli possit.

¶ Tertio, De quatuor uulneribus, quae Beda ponit, quibus natura humana uulnerata est pro peccato.

¶ Quarto, Vtrum priuatio modi, spiritus, & ordinis sint effectus peccati.

¶ Quinto, Vtrum mors, & alii defectus corporales, sint effectus peccati.

¶ Sexto, Vtrum sint aliquomodo homini naturales.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum peccatum diminuat bonum naturae.

AD PRIMVM sic proceditur. Vtrum, quod peccatum non diminuat bonum naturae. Peccatum enim hominis non est grauius quam peccatum demonis: sed bona naturalia in demonibus manent integra post peccatum, ut Dionysius dicit 4. c. de diuini nominis. ergo peccatum...

IN primo articulo questio. 85. nota glossam autoritatis Dion. quomodo naturalia maneant integra, in responsione ad 1. & intueri responsionem ad tertium, declaratam in responsione ad quartum, ut radices philosophiae perspicias, & alius contempleris, unde in anima generantur habitus. Et potes intelligere, quod dicitur in responsione ad tertium, quod actio uoluntaria procedit ex diuersis potentiis: uel potentias animae, quia actio uoluntatis procedit ab intellectu, & uoluntate, & intellectu procedit ab intellectu agente, & possibili: uel potentias quae cumque sint ille, puta obiecti actiua, & subiecti passiuu. uterque enim sensus in calce responsionis ad quartum ponitur, dum dicitur, secundum quod obiectum agit in potentiam, & una potentia in aliam.

q. 25. ar. 4.

Ar. 2. huius questionis.

Lib. 3. Mor. cap. 31.

Art. 1. huius questionis.

q. 76. ar. 2.

1. q. 48. ar. 4. & 2. dif. 3. q. 4. ar. 1. ad 5. & dif. 30. q. 1. ar. 1. ad 2. & 3. dif. 12. ar. 1. q. 1. ad 2. & 3. contra. e. 12. & mal. q. 2. ar. 11. cap. 4. par. 46. par. 2. in 6.

Super